



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

VII. Iac. Sadoletvs S.R.E. Card. Iacobo Symonetæ Cardinali, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

te gratia fuisse effectum. Quam legati orationem commemo-
rationemque maximi abs te accepti beneficii, summa ab his po-
pulis laus & summa benevolentia consecuta est. Itaque nomen
hinc tuum in magna nunc gratia & gloria est. Nos autem cogi-
tabamus, ut primum esset messis facta, conuocare totius pro-
uinciae consilium, facereque omnes, earum rerum, quae in Vrbe
essent gestae, participes. Quod cum fieri, si bene ego horum homi-
num animos perspectos habeo, non commissuros puto, ut in in-
gratos tantum tuum donum collatum esse videatur. Nec tamen
vita progredientur, quam ut de fructibus provinciae aliquid in
illam Vrbe mittant, quod patronis & defensoribus suis opti-
mum suum animum possint declarare. Sed haec quae alienae po-
testatis sunt, parcius a me sunt praedicanda. Quod autem pro-
prie ad me ipsum pertinet, cum intelligam, te in hoc patrocinio
populis meis praestando, magnam honoris mei habuisse ratio-
nem & ad tuam praestantem beneficamque naturam aliquid mo-
menti & ponderis addidisse eam benevolentiam qua me profe-
queretlem equidem, sed non inuicem apta verba, quibus tibi
agere meritas gratias. Sed tamen quas oratione exponere non
possum, te tibi aliquando rebus ipsis referam, omni amore, fide,
studio, diligentiaque curabo. Quapropter hoc officium in tem-
poris alius magis commodum tibi ciamus. Ego, quod semper maxi-
mo opere optavi, posteaquam sum tua bonitate consecutus, ut
in hanc tuam clientelamque reciperer: te rogo atque oro Caesa-
ri praestantissime, ut eodem erga me animo esse perseveres.
Principia mei absentis tuendi, atque fovendi, a tua nunc libera
voluntate profecta sunt: fuerunt enim tota humanitatis & libe-
ralitatis tuae. Nunc legem tibi ipse benignitatis constantiaeque
tallitae quae quidem lege summi viri, & nobiles, & magnitudine a-
nima praecellentes, libenter astringi solent. Quorum tu similis &
par, cum hoc genere virtutis atque officii nemini futurus es fe-
licitas: ut qui se tibi semel addixerunt, eos tu semper tua gratia
& protegas. Ego quae meae erunt partes, operam affi-
dum dabo, ut neque de tua erga me benevolentia, neque de mea
in te obsequantia rubore vnquam vilo afficiare. Vale. Carpentor.
Pud. Non. Iulij, 1540.

VII

IAC. SADOLETYS S.R.E. CARD. IACO-
bo Symoneta Cardinali, S.P.D.

ACCEPTAS literas tuas, datas XVIII. Calen. Septemb. cum te
vincentes id temporis esses: quibus summa cum mea voluptate,
semel, neque bis, sed sepius lectis, in mentem mihi venit co-
gitare,

gitare, quid tu tibi tandem appetens, cum multarum iam
 tiarum gloria laudeque flores, nostras etiam artes nobili-
 ptum veneris: in quibus nos, qui etatem in illis consumpsimus,
 damus iam necesse est tuorum scriptorum vbertati & elegan-
 Ita enim scriptae literae tuae grauitate, ita ornatè, ita copiose
 vt non quae in iuriconsulto, sed quae in summo requiritur
 re copia facultasque dicendi, ea in te omnis inest. Sed pro-
 verum est quod dicitur, qui egregio ingenio sit praeditus, cum
 omnes artes, omnia disciplinarum genera, facilem aditu
 tumque habere. Quod tibi doctissime Symoneta contigit
 inter iuriconsultos nostrae aetatis habere omnium iudicio
 fultissimus: non contentus vna laude, vt ceteris quoque in
 ingenius & liberalibus emineres, studio tibi omni esse elabo-
 dum putasti. Verum mittamus haec quae satis sibi ipsa per
 testimonium, meo vt testimonio nihil indigeant. Ad illam
 eximiam praestantemque humanitatem conuor. Tantum
 quales, amori tuo erga me indulgere potuisti, vt eis me laudat
 afficeret, quae longè iustius conueniunt in te, quam in ipsum
 Etsi ego quidem illa legens, quae tu mihi in tuis literis tribu-
 gaudio quodam afficiebar penè singulari. Non ea quidem iam
 cognoscens, sed de tua in me tam insigni beneuolentia multo
 gratulans. Quanquam eo quidem me esse animo non iudico
 erga Remp. quo tu praedicas. Sed multa nimirum me deficiunt
 illi possim & vtilitati esse, & ornamento, quae ego à te petam, si
 vus fuerit: teque ducem mihi & autorem rectorum consilia
 tam in ipso senatu, quam in ceteris rebus propolium habere
 De oratione mea sic volo te existimare monita mihi omnia
 de tua placuisse, sed accidit casus sanè mihi molestus: vt in
 motu rerum, cum Roma migrandum nobis esset, iterque Nara
 versus ingrediendum, schedula illa deperierit, in qua amota-
 nes tuae perscriptae erant, cum saluas tamen literas tuas mecum
 extulissim. Quare postea orationem meam relegens, quantum
 consequi memoria potui, correxi ea omnia quae tu minus proba-
 ras. Si quid fortè à me tum obliuione praetermissum est, si quid
 do edenda erit oratio, iterum ad te meam lucubratiunculam mis-
 tam, vt de integro abs te corrigatur. Eius ego orationis vnum
 exemplum adhuc in Germaniam misi, ad Georgium Duces
 Saxoniae: sapientem & pium Principem: nullo meo interprete
 mine, magno opere rogans, vt ea contineatur domi, euacuata
 suo ad me omni iudicio perscripterit. Alterum cogitabam Prae-
 uium mittere ad meos familiares doctissimos homines: sine
 lo tamen, & sine inscriptione: vt (qui meus est mos) amicum
 iudicis mea scripta submitterem. Sed de his quoque satis Tella-
 mam incolumem peruenisse, nondum quidem mihi erat
 tot

...sed tam en confidebam, te iam venisse: itineris tui rationem
...m cum ipse supplicans, quomodo ea à te in literis tuis
...Sum tamen in aliqua animi sollicitudine, & cura: quo-
...aliquid cogitauero, ubi sis, & num rectè valeas: quod mihi pro-
...fèdè maxime (vt debet) cura est. Ego in his locis hyemem hanc
...commorabor, cum fronte mea, tum tuo etiam amantissimo con-
...silio adductus. Sed cum Farnesius summi Pontificis verbis atque
...tanti me per literas euocaret, ad quas ego me excusans respondi:
...te vehementer rogo, vt causam meam apud Pontificem agas, me-
...amque hęc mansionem tranquillam & liberam, ad diem vsque
...coactis, pias mihi auctoritate praestes & tueare. Vale. Carpentora-
...di. VI. Cal. Nouemb. M.D. XXXVIII.

VIII.

IACOB. SADOLET. S. R. E. CARD. IACO-
bo Simoneta Card. S. P. D.

...VERSUSMI & mihi literę tuę. Tacundissime solūm? immò et
...tum saluare. Quod enim te saluum mihi & sospitem nuncia-
...runt, per eas mihi quoque incolumitas est restituta: de qua re, &
...tibi gratulor, & mihi gaudeo! Deumque supplex oro, vt te in o-
...ptimo statu diutissime valere iubeat. In his quod tuam mihi opem
...de benevolentiam pararam semper ostendis, iamdiu est cum
...ego tui iudicio, neminem me habere neque amicum nec patre-
...num, ad quem fidentius omni meo in negotio, quam ad te i-
...psam conuigere possim. Quanquam facis tu quidem scetus, quam
...ceteri omnes. Alii enim prius pollicentur, quam quicquam pra-
...stent beneficia liberalisq; natura bene mereri ante incipit,
...dicende etiam verbis benignitatis officia prosequitur. Sed hæc &
...mihi dicta sunt, & suis dicentur locis. Curam quam adhi-
...bis in consulendo, laudo atque probo, teq; vehementer hor-
...tor, vt nullum tibi studium sit salutis tua potius: quæ ipsa quo-
...que nobis tui amantissimis communis tecum est: & in ea tamen
...est honoris maioris officiorumque omnium. Signandorum libel-
...lorum quo, signandorumq; iudiciorum, quod vltro tibi à Pontifice
...Maximo delatum sit, non ego miror in hoc factum optimi Pon-
...tificis cuncta facere, si suę sapientię constare voluit, fuit neces-
...saria. Quis enim te peritior in eo munere sustinendo? quis iustior?
...quis misericorsior? Nec tuo commodo gaudeo, res enim plena
...est sollicitudinis & laboris: sed communi hominum vtilitati &
...communitati gratulor. Ad eum enim hominem ea collata est
...potestas, qui & sciat, & velit ius vnicuique suum tribuere. Quare
...tu quidem eadem & integritate, & prudentia hoc munus tracta-
...re qua cetera solitus es. Sed mihi accidit peropportune, vt quod

Z facta.